

CAP. XXIII.

PILULÆ.

PILULÆ ALOËTICÆ.

R. Gummi-refinæ Aloës Socotorinæ in
pulverem tritæ,

Saponis, utriusque, partes æquales.

SUBIGE cum syrupo simplice, ut fiat
massa ad pilulas formandas apta.

PILULÆ ALOËS cum ASA FOETIDA.

R. Gummi-refinæ Aloës Socotorinæ,

———— Ferulæ Asæ foetidæ,

Saponis, singulorum partes æquales.

Cum

Cum mucilagine gummi Mimosæ Niloticæ subigantur in massam.

PILULÆ ALOËS cum COLOCYNTHIDE.

R. Gummi-refinæ Aloës Socotorinæ,

———— Convolvuli Scammonia, utriusque partes octo;

Fructûs Cucumeris Colocynthidis partes quatuor;

Sulphatis Potassæ cum Sulphurè,

Olei Caryophylli aromatici, utriusque partem unam.

ALOË et Scammonium cum sale in pulverem redigantur; tum fructus Cucumeris Colocynthidis in pulverem tenuem tritus, et oleum admisceantur; denique cum mucilagine Mimosæ Niloticæ subigantur in massam.

PILULÆ

PILULÆ ALOËS cum MYRRHA.

R. Gummi-refinæ Aloës Socotorinæ partes quatuor,

————— Myrrhæ partes duas,

Croci Anglici partem unam.

SUBIGE in massam cum Syrupo simplicem.

PILULÆ ASSÆ FOETIDÆ COMPOSITÆ.

R. Gummi-refinæ Ferulæ Assæ foetidæ,

————— Bubonis Galbani,

————— Myrrhæ, singulorum partes octo;

Olei Succini purissimi partem unam.

SUBIGE in massam cum Syrupo simplicem.

M

PI-

PILULÆ AMMONIARETI CUPRI.

R̄. Ammoniareti Cupri grana sexdecim,

Micæ Panis scrupulos quatuor,

Aquæ Carbonatis Ammoniæ, quantum satis fit.

SUBIGE in massam, dividendam in pilulas triginta duas æquales.

PILULÆ HYDRARGYRI.

R̄. Hydrargyri purificati,

Conservæ Rosæ Gallicæ, utriusque unciam unam ;

Amyli uncias duas.

TERE Hydrargyrum cum Conserva in mortario vitreo, donec illius globuli visum

sum penitus effugerint, addito prout opus fuerit aliquantulo mucilaginis Gummi Mimosæ Niloticæ; dein amylum adijce, et cum aquæ pauxillo subige in massam statim dividendam in pilulas quadringentas octoginta æquales.

PILULÆ OPIATÆ: olim, PILULÆ THEBAICÆ.

R. Opii partem unam,

Extracti Glycyrrhizæ glabræ partes septem,

Fructus Myrti Pimentæ partes duas.

Opium et Extractum seorsim alcohole diluto mollita, et in pulpam contusa, misce; dein adde fructum Myrti Pimentæ in pulverem tritum; et bene subacta, coge in massam.

M 2

PI-

PILULÆ RHEI COMPOSITÆ.

℞. Radicis Rhei palmati unciam unam,

Gummi - refinæ Aloës Socotorinæ
drachmas sex,

———— Myrrhæ unciam di-
midiam,

Olei volatilis Menthæ piperitæ drach-
mam dimidiam.

Cum syrupo Citri Aurantii subige in
massam.

PILULÆ SCILLITICÆ.

℞. Radicis Scillæ maritimæ exsiccatæ, et
in pulverem tenuem tritæ, scrupu-
lum unum;

Gummi-refinæ Ammoniaci,

Seminum Amomi repentis in pulve-
rem tritorum,

Extracti

Extracti Glycyrrhizæ glabræ, singu-
lorum drachmam unam.

Cum Syrupo simplice subige in mas-
sam.

M₃

CAP. XXIV.